LEXICON MANUALE,

PRIMUM

BENJAMINE HEDERICO

INSTITUTUM,

POST REPETITAS *SAM. PATRICII* CURAS,

AUCTUM MYRIADE AMPLIUS VERBORUM,

INNUMERIS VITIIS EXPURGATUM, PLURIMISQUE

NOVIS SIGNIFICATIBUS VERBORUM LOCUPLETATUM.

CURA

[illegible]

NUNC DENUO

RECENSITUM, ET QUAMPLURIMUM IN UTRAQUE

PARTE AUCTUM

[illegible] THESAURI

GRAECAE POESEΩS, nuper editi,

AUTORE.

LONDINI

Excudit H. WOODFALL,

Impensis, H. WOODFALL, J. BEECROFT, C. BATHURST, J. RIVINGTON, J. POTE, J. HINTON, R. BALDWIN, L. HAWES, W. CLARKE & R. COLLINS, R. HORSFIELD, W. JOHNSTON, E. JOHNSON, T. CASLON, S. CROWDER, T. LONGMAN, B. LAW, J. FLETCHER & Co. C. CORBETT, R. WARE, W. GINGER, T. CADELL, & M. RICHARDSON.

M. DCC. LXVI.

AUSPICIIS

CELSISSIMI PRINCIPIS

FREDERICI

EPISCOPI DE *OSNABURG*,

NOVA HÆC LEXICI *HEDERICIANI* EDITIO,

(IN USUM ET COMMODUM COMMUNIS JUVENTUTIS CONCINNATA)

PERMISSA EST,

SUMMA CUM OBSERVANTIA CULTUQUE

DEVINCTISSIMI EDITORIS

T. MORELL.

M. BENJ. HEDERICI

PRAEFATIO.

ALTERUM hoc Lexicon eſt, *Lector benevole*, quo juventuti bonarum artium ſtudioſae commodare ſategi. Graecum, ut vides, illud eſt, et, velut priori diſciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quae Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus ſum annitus: ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Graecas adjuvare ſtudui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, praeter rem neceſſitatemque ſuſcepiſſe jure exiſtimari potero. Etenim, quae Linguae Graecae cum praeſtantia ſit, tum utilitas pariter atque ad omne propemodum ſtudiorum genus neceſſitas, ab aliis jam oſtenſum eſt pluribus, et, quam adeo Lexicon, quo illa contineatur, ſatis idoneum Scholis adhuc deſit, experiuntur idemtidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exſtant, vel mole ſua uſum ſufflaminant ſui, vel jejunitate, qua laborant, ſaepius deſtituunt paullo ſerius literis Graecis operaturos, vel ordinis etiam implicatione linguae adhuc minus gnaros plus juſto fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantiſque difficultatibus praepediti non ſine indignatione ac taedio in hoc ſtudiorum genere verſentur.

Singulas igitur illas, quantum quidem fieri potuit, amoliturus ante omnia, librum in tres Partes diſpeſcui, Hermeneuticam ſcilicet, Analyticam, atque Syntheticam: primaque adeo illa, quae ad intelligendos omnis generis ſcriptores, quos antiquiora quidem tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam concludere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vaſtum ſatis, ſuffecturam omnino putavi. Certe, quae ex ingenti Henrici Stephani Theſauro volumine ſatis etiam grandi Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam ſuppeditavi. Quin immo ipſorum non ſolum numerum, ſed in primis etiam, quas obtinent, ſignificationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leigho, Scriptoribuique ſimilibus aliis non parum hinc inde adauxi. Ac veluti has pro ea, qua differunt, varietate ſuis fere diſtinxi numeris, clarius ita ordinatiuſque, ut ſpero, ſe oblaturas cuique: ſic Voces potiſſimum ipſas ordine, quem vocamus, alphabetico diſponere viſum eſt. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatae primigeniis, compoſitae ſimplicibus ſubjiciuntur, non ignoro, neque me praeterit etiam, quantopere eum in Stephano aliiſque dilaudent bene multi; ſed non aeque tamen intricatus hic alter eſt, longeque omnino facilius linguae nondum ſatis peritis Vocabula, quae inquirunt ipſi, ſubgerit. Et, ſi omnino ad indagandam genuinam Vocis poteſtatem momenti maximi eſt, noſſe originem ejuſdem, ſingulis etiam Vocabulis hanc ſubjeci, ut adeo nec adminiculo illo, neceſſario certe ad feliciorem cujuſvis Scriptoris interpretationem, deſtitutos Lexico hoc uſuros conqueri poſſint, qui ordinis naturalis laudem id atque virtutem ferme praecipuam habere ſolent.

Veluti autem haec primae Lexici hujus Partis ratio eſt; ita altera illa, cui Analyticae ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui conſuevimus, reſoluta complexus ſum, quae difficultatibus ſuis, ſive a Dialecto aliqua, ſive aliunde ſubortis ſolicitare tironum patientiam poſſunt. Eſt certe eadem haec opera, quae liberalius paullo a Schrevelio juventuti navata, ipſum tam accepto huic reddidit, ut unus fere ex ſui ordinis Lexicographis in Scholis huc uſque locum vindicaverit ſibi. Ac tametſi non deſint, qui eamdem ignaviae potius ſubſidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod haec a penitiori Grammatices ſtudio, ad quod tamen potiſſimum ſolidior linguae cognitio redit, ea ipſa plerumque avocetur: attamen, qui rectius juſtiuſque rem expendunt, ſatius utique exiſtimant, velificari nonnihil diſcentium a labore moleſtiore averſioni, quam quidem committere, ut miſeri ſuccumbant inſcitiae ſuae, vel etiam, quod ſaepius uſu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his abſterriti linguae pulcherrimae ſtudium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod et ipſi ſuo quaſi jure deſiderare poſſint, etiam hac in re illis deeſſe nolui. Quin potius non ſolum Vocabula prope omnia, quae Schrevelius ex appendice Scapulae Lexico ſubnexa, Paſoris in Heſiodum Indice, aliiſque hujus commatis operibus attulit, in Partem hanc alteram conjeci: ſed ea quoque ex Jo. Voſſii Veterum Poëtarum Graecorum Poëmatis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, Hortulo Graeco ex omnibus

bus Plutarchi Operibus adornato, et Clariſſimi Dn. Hieronymi Freyeri Faſciculo Poëmatum Graecorum, libellis vere aureis atque ad perdiſcendam Graecam linguam accommodatiſſimis, paſſim locupletavi. Attamen, ne nimis etiam indulſiſſe diſcentium inertiae videri poſſim, ſatis habui, digitum in cibum hunc intendere, praemanſum vero ipſum atque tantillum laboris recuſantibus, ut eumdem ſumere ipſi dedignentur, inferere in ora utique ſuperſedi.

Tertia libri Pars, quae Syntheticae titulum praefert, iis deſtinata eſt, quibus Latina ſermone Graeco, eoque proſaico, reddere collibet, adjutuſque a Scriptoribus laudatiſſimis, Benzio, Poſſelio, Devario, Scheidio, aliis; hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, ſuis fere ubique auctoritatibus munitum, ſubgeſſi; qui, niſi me omnia fallunt, ad inſtitutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe uſui hodie eſſe ſolet, abunde ſuppeditabit. Et, ſi omnino contingat, ut quaedam adhuc deſideres, ea tamen forſitan haec erunt, quae omiſſa facile pati, vel iis etiam, quae allata ſunt, compenſare non incommode poteris. Ita quippe ſaepius Nomina illa a Verbis deducta, qualia ſunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, et ſimilia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quae ſunt hujus generis alia, fruſtra hic quaeſiveris. Praeterquam enim quod magna eorum pars ipſa civitate Latina deficitur, adeoque ſola formationis innititur Analogia, certe, ſi Graece eadem reddenda ſunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus deſcendunt, tuto enunciari poſſunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipſius Demoſthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem*, προσῳδοῦσαν, et *Accumulationem*, qua ipſum in primis accumulandi actum ſignificat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut nomina vel plane nova confingas, vel ſua etiam carentia auctoritate uſurpes. Quumque adeo haec talia a Verbis allatis, ſi quidem ipſis opus ſit, nec ſuo iſta loco reperiantur, formare perquam ſit facile, operae chartaeque tanto juſtius eorum me omiſſione pepercciſſe arbitror, quo magis Lexicon hoc manus jam implet, nomenque ſuum paene excedit. Nec alia quoque cauſſa fuit, cur Nomina etiam, quae propria Grammatici vocant, omiſerim, utpote quae ipſa quoque facile Graece efferri poſſunt, dummodo ex Grammatica conſtet, quae literarum utriuſque linguae natura ſit atque cognatio. At vero, quod in Prima praecipue Parte nec Auctores addiderim Vocibus, nec Locutionum etiam, quas hae ex ſe progignunt, ſubjecerim exempla, forſitan mirabuntur, qui ex his propemodum ſolis Lexici perfectionem aeſtimare ſolent. Sed et his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, ſi vel maxime ipſe ſuppetiviſſet, ecquis eorum in Lexico hermeneutico ſit uſus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando auctoritas ſufficit, et, qui ex Vocum ſignificationibus tam diſtincte copioſeque ſubminiſtratis ſenſum effati alicujus Graeci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non inſtructum, vel rei, quam continet illud, prorſus ignarum eſſe oportet. Secus ſtatuendum eſſe de Lexico ſynthetico facile largior, quum Graece ſcripturus utique non ſolum de Vocis, qua uſurus eſt, probitate, ſed et de Conſtructionis, qua gaudet eadem, ratione certus eſſe debeat. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua ſine auctore ſuo compareat, vel Conſtructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod ſi tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deeſſe nonnumquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugiſſe non inficior, licet de bonitate ejus Lexicographorum ſaltem praeſtantiſſimorum auctoritas dubitare me non ſiverit; Conſtructionis vero modus ideo a me neglectus eſt, quod Regulas ille notiſſimas atque adeo Graecae etiam Linguae cum Latina communes ſequatur.

Atque haec fere ea ſunt, *Lector benevole*, quae te ſcire, e re tua, immo et mea eſſe exiſtimavi. Tute labori etiam huic meo, ſi merebitur, fave: ſin minus, eum ante ne damna, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut tuo arbitrio ſtare non poſſis. Vale.

Expoſitio Notarum, quae in priore Lexici hujus parte inter alias occurrunt.

Gl. V. Gloſſaria Veterum a Labbeo edita.
Pb. Philoxenus, Gloſſographorum facile princeps.
Lex. Gr. Lexicographi Graeci, Heſychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus, Phavorinus.
Heſ. Heſychius, Alexandrinus.
Suid. Suidas.
Etym Etymologicum magnum.
R. Gulielmus Robertſonus, Anglus.
Suic. Jo. Caſp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipſis, non conſtat; quum e contrario Philoxenus et Gloſſaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas eaſque aptiſſimas vocum ſignificationes ſuppeditant, quae alibi non facile ſunt obviae.

LECTORI

LECTORI salutem SAM. PATRICK.

DE operis ſui natura et uſu auctor jam ſatis, ut opinor, dixit; quae autem a me praeſtita fuerint, paucis accipe. Cum multi typographorum errores in peregrinam irrepſiſſent editionem, id mihi in primis curae fuit, ut quam emendatiſſime haec excuderetur. Quandoquidem autem auctor in tres partes librum ſuum diviſerit, in harum prima multas locutiones Graecas, quibus ineſſe aliqua difficultas videretur, non ſolum adjeci, ſed, quanta licuit brevitate, etiam explicui. Praeterea Verborum conſtructionem, eorum ſaltem quae frequentiori ſunt in uſu, optimorum ſcriptorum teſtimoniis confirmavi, ipſis auctorum locis, poëtarum praecipue, quantum ratio operis ſinebat, indicatis. Et quamvis auſim affirmare hunc librum antea tum copia verborum, tum accurata eorum interpretatione, longe omnes alios ejuſdem molis praeſtitiſſe; ſeptingenta tamen nova ad minimum addidi, quorum pleraque vix in aliis lexicis occurrunt. Horum autem maximam partem Longinus, Ariſtophanes, Lucianus, et Marcus Antoninus; nonnulla vero Sophocles, Euripides, Lycophron, et alii ſuppeditavere. Secundam partem plurimis vocibus cum apud Schrevelium, tum apud noſtrum, omiſſis, ex Homero praecipue locupletavi. Denique, in tertia parte, cum hoc omnibus aliis Lexicis adhuc in lucem emiſſis, non verborum tantum, ſed et locutionum copia antecellat, pauca admodum, nonnulla tamen, quae mihi inſigniora viſa ſunt, adjeci. Quanquam autem additiones ſupra memoratae, ut forma libri mutaretur, neceſſarium fecerint; *Manualis* tamen retinui titulum, ne novo nomine novum opus edendi laudem potius affectaſſe, quam ſuam auctori conſervandi propoſitum habuiſſe viderer.

Haec ſunt, quae de priori noſtra editione hactenus dicenda; quae autem in hac altera praeſtiterim, jam breviter oſtendam. Cum viri quidam eruditi, ludorum moderatores, de priori hujus operis in tres partes diviſione querebantur, quod ea imperitioribus eſſet impedimento, dum in una diverſas alicujus vocabuli ſignificationes, in altera vero reſolutionem ejus grammaticam petere cogerentur; nunc duae priores partes conjunctim diſcentium gratia exhibentur.

EX PRAEFATIONE
IO. AUGUSTI ERNESTI.

IN cauſſis, propter quas tam pauci ad linguae graecae vel mediocrem ſcientiam perveniant, Moſes Solanus * jure numerat vitia Lexicorum, quibus puerilis aetas utitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum eſt, quod ſignificationes ſaepe numero vel prorſus alienae verbis tribuuntur, vel parum accurate diſtincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte latinis vocabulis exprimuntur graeca, ut intellectus impediatur potius interpretando, quam adjuvetur. Quod fit maxime, hanc ob cauſſam, quod interpretatio nimis etymologiae rationibus accommodatur, neglecto uſu loquendi, qui ſolus in hoc genere dominatur, in primis in compoſitis ex praepoſitione una pluribuſve, in quibus incredibile dictu eſt, quam pueriliter peccetur, item ex εὖ, φίλος aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis ineptiiſque cum

* In praef. ad Plutarch. Brianj.

cum plena ſint Lexica vulgaria, quae ſunt in tironum manibus, nec ultra ea plerique ſapiant, qui in Scholis literas graecas docent, mirum eſſe non poteſt, ſi tam pauci bene proficiunt in eo genere literarum, nec plus conſequuntur plerique, quam ut graecorum ſcriptorum orationem poſſint ad verbum, ſcilicet e ſui quiſque Lexici praeſcripto, latine interpretari, h. e ut non modo nihil intelligant, cum interea ſe credant intelligere, ſed etiam ipſos ſcriptores graecos ſtultiſſimos putent, vehementerque contemnant.

Hoc tantam malum potuiſſet caveri, ſi ab initio viri excellenti graecarum literarum ſcientia praediti, voluiſſent ſe demittere ad hanc curam, ut tironibus in eo genere conſulerent, nec eos imperitis hominibus per talia Lexica corrumpendos permitterent. Sed dum ii hujus laboris moleſtiam defugiunt, eumque nec ſua doctrina dignum, nec ſatis ſibi honeſtum putant, invadunt eam provinciam homines imperiti, inſcitiaque ſua plus nocent literis, quam illi deinde exquiſita ſua doctrina prodeſſe poſſunt. In quo graeca lingua inprimis iniqua fortuna uſa eſt. Nam latinae quidem literae cum inſtaurari coepiſſent, ſummi homines, Eraſmi, Camerarii, Melanchthones, aliique, non dubitarunt cauſſam ſuſcipere tironum, et plures libellos edere, quibus is, vel ad intelligendum latine, vel ad ſcribendum adjuvarentur: neque ea res ipſis dedecori, ſed inprimis honeſta, juventuti autem maxime utilis fuit. Vere hoc me puto affirmare: ſi quis vel iſtorum, vel ex eo ordine, pari cura complexus graeca, Lexicon in tironum uſum conteciſſet, in quo graeca verba primum accurate, deinde perſpicue, hoc eſt, bene latine (neque enim ullo modo perſpicuitas eſſe poteſt interpretationis ſine puritate ſermonis ejus, quo in interpretando utaris, ſemperque ſub illa ad verbum, ſive potius ad etymologiam verborum, facta male latina interpretatione latet inſcitia ſenſus), denique ex uſu loquendi optimorum ſcriptorum, non e verborum notatione, ſi quis ergo hoc facere ſuſtinuiſſet, non dicam plus gloriae conſecutus eſſet, ſed multo plus literis graecis profuiſſet, quam doctiſſimis in quemvis ſcriptorem commentariis, quos non niſi doctiores legerent, quibus pleraque dudum ipſis nota ſatis et perſpecta fuerant. Etenim, in omni genere diſciplinae, quis neſcit, quantum referat, ſtatim ab initio veris et accuratis notionibus imbui? Quam deinde non modo paucis contingit, ut male percepta dediſcendi facultas detur, ſed quam pauci eo ſunt vel ingenio ut facile poſſint, vel animo, ut velint, falſa et prava dediſcere. Nimis firmiter coaleſcunt teneris inſita animis, nec facile avelli poſſunt, et quae pueri arripuimus, ea fere ita amplectimur atque tenemus, ut nobis eripi vix patiamur. Mihi quidem, quoad literas docui, plus prope laborandum, plus certe moleſtiae exhauriendum fuit in expugnandis male ſuſceptis prima pueritia opinionibus, dedocendiſque ac detrahendis perverſis verborum notionibus, quam veris tradendis atque explicandis.

Itaque cum rogatus eſſem, ut Hedericiani Lexici Graeci, quod nunc maxime verſatur in manibus tironum, putaturque eſſe in hoc compendiario genere optimum, ejus igitur ut recenſendi curam ſuſciperem; eam provinciam, quanquam duram et taedii plenam defugiendam non putavi, qui vitiis ejus, et ortis inde apud tirones noxis, ſaepe doluiſſem, iiſque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adjumenti me allaturum diſcentibus putarem. Non is ego ſum, cui aut jucundum, aut adeo opus ſit, de aliis detrahere, et hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod praeſens inſtitutum dicere cogit: Hedericum illum, virum bonum cetera et laboriosum, ſed graece doctum, et ad tale Lexicon rite conficiendum ſatis a lectione graecorum ſcriptorum inſtructum non fuiſſe. Totus ille, id quod per totum opus obſervare licuit, e Scapula aliiſque vulgaribus Lexicis pendebat, tot praeclaras doctorum hominum de verbis plurimis, poſt Stephanum et Scapulam, obſervationes ignorabat, nec ipſe e lectione ipſorum ſcriptorum melora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in ſuum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perſpicuas, ſed ſubinde etiam ne aſſecutus quidem eſt ejus aliorumque Lexicographorum mentem, vitiiſque operarum ſe decipi paſſus eſt: unde manarunt innumera peccata. [*Aliquot exempla Cl. autor protulit, ſed haec apud illum quaerenda mitto.*] Jam incredibile dictu eſt, quam ſaepe, quam abſurde interpretatus ſit, plerumque poſt alios, verba compoſita ex ἀμφὶ, ἐκ, ζὺν, παρὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ, &c. exprimens has praepoſitiones e vulgari ſignificatione, non ex uſu ſcriptorum in verbo quoque; in quo ſane eſt mira varietas. Idemque notavimus in aliis generibus compoſitorum. Φιλότιμητος eſt ineptum Nonni verbum in Johannis μεταφράσει; ſed id ineptius vertitur in Scapulae Lexico *ſectionis amans, inciſione gaudens*, ſequaci Hederico. Similiterque peccatur in verbis compoſitis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adſequatur. Illud quoque parum ſcienter factum erat, ut ſignificationes πολυσήμων parum recte digererentur atque ordinarentur, activa et

media, eorumque significatio, itemque temporum significatio diversa, cum v. c. praesens activam, aor. 2. neutram vim habet, &c. non discerneretur; quod hodie in Lexicis ferri non potest, cum sit ad accuratam linguae graecae scientiam scriptorumque intelligentiam perneceſſarium.

Enimvero haec et alia omnia correcta sperabam me reperturum in editione *Sam. Patricii*, Scholae Carthusianae apud Londinenses Hypodidascali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, et magnam diligentiae laudem apud suos (vid. Scott. praef. ad Append. Steph.) etiam apud exteros tulit: praesertim qui in praefatione dicat, se diligenter hoc opus correxisse, vivatque in insula ea, quae sibi graecarum literarum principatum vindicare videtur, in qua graece doctissimi homines paene nasci videantur: adeo mature ibi omnes graecos scriptores vel difficillimos intelligunt et emendare possunt. Sed omnia alia deprehendi, intellexique, Patricium Britannum non plus in Graecis posse Hederico Germano. Hujus quidem peccata fere omnia sanctissime conservata sunt eaque novis aucta.

Prima igitur nobis cura fuit, ut talia peccata tolleremus, corrigeremusque, si quid parum vel recte, vel accurate, vel perspicue scriptum esset in significationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quaedam objecta est a ratione ipsa talis Lexici, in quo singula tantum verba explicantur: quod nonnulla vocabula, inprimis adverbia, separatim commode explicari non possunt, facilioremque interpretationem habent cum verbo, cui adjungi solent. Tum in verbis, quae Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum ut activa et media, etiam tempora interdum, ex usu optimorum scriptorum, distingueremus, deinde ut significationes in πολυσήμοις digererem diligentius, et, quoad fieri posset, a propria et prima significatione quomodo ceterae ducerentur, ipso ordine indicaremus, v. σμύχω, τύφω, πομπεύω, πύργος, σηκὸς, τιθημι, ὕβρις, δημιοργὸς, πρωτεύω. Auximus etiam priorem significationum numerum e nostris aliorumque observatis, qui veteres scriptores graecos illustraverunt. Sed maxime in hac parte laboravimus hoc, ut accurate exponeremus verba e praepositionibus composita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum stultitia accusanda est, tribuentium interdum praepositionibus aliquam vim, ubi ex usu loquendi veterum nullam habent, aut falsam adeo, aut ita exprimentium, scilicet e vulgatissima cujusque significatione, ut nemo intelligere possit. Nos in omnibus usum secuti sumus, comparandis, ubi non statim vera significatio succurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque et subinde notavimus, in eodem verbo, modo redundare praepositionem, nec ullam vim habere, modo addere verbo aliquid significationis. Quaedam tamen, sed perpauca, fuere, in quibus analogia et conjectura sequenda esset, quod nullum exemplum veteris scriptoris vel ipsi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus si forte aberravimus, nobis ut ignoscatur, rogamus. Atque pari ratione usi sumus in aliis compositorum generibus, ut e φίλος, χαίρω &c. ut facile quivis intelliget, qui vel in his, quae e. c. posuimus, nostra cum superioribus velit comparare. Denique ipsis verbis locupletare hoc Lexicon studuimus. Et, quia Patricius primum verba septingenta, deinde hoc ipso majorem numerum se addidisse professus est, dedimus alicui hoc negotii, ut secundae editionis Patricianae exemplum cum Lipsiensi editione compararet, notaretque verba non prodita ab Hederico. Quo facto vidimus, non modo illud, quod ante diximus, quaedam vitiose posita esse, sed etiam numerum ab eo traditum vix effici. Unde orta nobis suspicio, numerata ab eo esse etiam ea, quibus partem secundam auxisset, quae sane numeranda non erant. Sed id accuratius exquirere, quando parum referebat, insuper habuimus. Posthaec addidimus ea, quae e nostris lectionibus notata permulta habebamus, item quaecunque viros doctos subinde indicare repereramus, nondum in Lexicis prodita esse, quae et ipsa non pauca erant, plurima etiam in Reimari, V. Cel. in Dionem Cassium indice notata, ut nondum relata in Lexica: cujus Viri exemplum utinam imitentur posthaec, quicunque scriptorem graecum recoquent. Denique adhibuimus Dan. Scotti, V. C. Appendicem ad Thesaurum Stephani, Londini, 1745. duobus Voll. in fol. editam, ex qua permagnus verborum numerus accessit. *(sequuntur quaedam ad illud opus castigationes, quas itidem hic missas feci.)*———Atque etiam ea verba vel ab Scotto vel ab aliis posita omisimus, quae reperiuntur quidem vel in Glossariis antiquis, ut Hesychio, vel in scriptore aliquo vetere, ceterum manifeste corrupta sunt, nec ullum alium auctorem idoneum habent, quod genus verborum si admittere voluissemus, exemplo Stephani et aliorum, haud probando, haud parvus numerus verborum accessisset. Sed vel sic decem millium summam explevimus. Nec nunc spicilegium, idque magnum deest, et post multa alia supplementa, tamen plurimum supererit, quod addatur: adeo non modo inexhaustae sunt Graecorum

in

in verbis divitiae, ſed difficile eſt omnia animadvertere ac notare, quae nondum in Lexica ſunt illata. Nam illa Graecorum felicitas in componendis verbis tantam copiam verborum genuit, ut eam nullum Lexicon capere poſſit. Nec forte opus eſſet omnia Lexicis inferri, ut bene monet ad Charitonem Dorvillius, niſi de eorum ſignificatione, inprimis Attica, ſubinde certarent Grammatici, multoque, de noſtra ſententia, magis, niſi in iis intelligendis imperitiores, adſueti vulgari rationi, haererent. Verum eadem multitudo compoſitorum talium, ſaepe non obſcurorum, et nihil inſolentis, nec in forma, nec in ſenſu, habentium, facit, ut difficile ſit, omnia obſervare. Mihi quidem hoc ſentio accidiſſe in pluribus ſcriptoribus, e quibus volui notare, quae nondum in Lexicis eſſent, ut praetermitterem quaedam, quia non ſuſpicabar, a Lexicis abeſſe. Nominatim in Joſepho id mihi uſu veniſſe vidi. Nam in Scotti Excerptis quaedam reperi, quae ipſe non notaviſſem. At ipſe contra in meis Excerptis habui, quae illum effugiſſent, ut ἐμποδισ-τὰ, ἐμπόδισμα, προσκλινεγέω, παρόρμημα, ὁμοπράγμων, &c. Itaque vix ſperandum eſt, unquam Lexicon extiturum tale, in quo omnia verba graeca reperiantur, niſi paullatim omnes graeci ſcriptores indicibus inſtruantur plenis et Reimariano, de quo ſupra dixi, ſimilibus. Sed de Lexico Graeco majore parando atque inſtruendo, fortaſſe alibi dabitur occaſio dicendi.

Et haec fere ſunt, quae in caſtigando locupletandoque hoc Lexico ſecuti ſumus, quibuſque, ut ſperamus, perfecimus, ut et latius ejus uſus pateret, et tutius uſurpari a tironibus poſſet. Unum reſtat, de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere inſtituit Hedericus. Id nos non totum mutavimus: ſed correximus tamen in nonnullis, plane autem ſuſtulimus, ubi unuſquiſque tiro ſua ſponte videre poſſet, unde verbum ductum aut compoſitum eſſet; in quibus addi etymologias, ut εὐποιέω eſſe ex εὖ et ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ et πάσχω, &c. putidum ſane et nimis puerile ſit: eaque ratione tantum compendifecimus, ut cum tot millia vocabulorum, tot novae ſignificationes, acceſſerint, tamen aliquot plagulis brevior ſit haec editio ſuperiori. Atque etiam in altera parte deleri curavimus per idoneum virum ea, quae nemo vel quaerat, vel quaerere debeat. Nam in eo genere nonniſi rara et difficilia debebant notari: vulgaria, et quae quiſque, formas declinationum et conjugationum rite tenens, ipſe ſua ſponte adſequi poſſit, poni, non modo inutile et ſupervacuum, ſed etiam, id quod uſu didici, noxium eſt. Etenim ad ignaviam proniores, qui ſunt plerique, libenter abutuntur iſta ratione, putantes, hanc eſſe ad lectiones praeparationem, quam vocant, ſi in tali libello quaerant ſingula verba, et inde deſcripta recitent a magiſtris interrogati: qua ſtultitia committunt, ut nunquam recte percipiant teneantque conjugationum formas.

(Alteram Partem, quam Syntheticam vocavit Hedericus, plane ſublatam voluit Erneſti, totamque igitur illam partem intactam ſe fatetur reliquiſſe). Scr. Lipſiae a. d. VIII. Kal. Sept. A. C. CIↃIↃCCLIV.

LEXICI MANUALIS GRAECI PARS PRIMA

A, Vel α, prima litera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, & nomen indepta est ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis significans *unum*, & cum lineola infetne posita, *α nulle*; (3) in Apocalypsi Joan. 1, 8. cum not. qui omni principio prior atque antiquior est.

A, in compositione est (1) στερητικὸν, *privativum*, ut ex α & βέβαιος, *stabilis*, fit ἀβέβαιος, *instabilis*: cum ν interjecto, (si vocabulum cui α præfigitur, a vocali initium habet) Euphoniæ gr. ut ἄξενος, *agnus*, ἀνάξιος, *indignus*: ἀλόχη, *dotata*; ἄκλεος, *pudor*. Quædam verò ad quando τὸ ν capiunt, ut ἄνομος, ἀοικος, ἄζυξ, ἀύλος, &c. Quamplurima etiam mutant terminationem, ut ex ἀδὴς, ἄνδος: ex χροιὰ, ἄχρους: ex φρὴν, ἄφρων: ex γνώμη, ἀγνώμων. Tale est & α, quod ἀλιτὸν vel μικρὸν denotat, ut ἄφρων: i. e. μιαφρὼν, ab α & φρὴν ἀμαθὴς, *indoctus*, vel parum doctus, ab α & μανθάνω, pro δὲ etiam, ut ἄδικος, accessu difficilis: interdum etiam κακὸν significat, ut ἀκερδὴς, ἄβελος, ἄδωρα δῶρα, &c. (2) Ἐπιτατικὸν, *intensivum*, ut ἄξυλος, ap. *Hom.* (vid. voc.) ἀστὴς, i. e. ἀσυλοσταὴς, ap. *Apoll.* ἀχανὴς immensum hians. *Hes.* (3) Ἀφοριστικὸν, *collectivum*, ut ἄπας; & vicinâ significatione pro ἅμα vel ὁμοῦ, ut ἀλόχῳ, ἄκοιτις, ἀλόχου, &c. (4.) Πλεοναστικὸν, *abundans*, *superfluum*, ut ἀσόχος, ἀστερωπὴ, ἀόκητος, &c.

A, Ah! ἀ, ἀ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis, Ἀ, ἀ, vel ἀ. ἀ, Ha, ha, ridentis.

A, Ah! O! Oh! Ἀ, ἄ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miserantis, admirantis.

A, nominat. sing. f. g. articuli præpos. *Dorice*, pro ἡ, a masculino ὁ.

ᾇ, *cui*, dativ. sing. f. g. artic. postpos. *Dorice*, pro ᾗ, ab ὅς, *qui*.

A, *quæ*, nom. vel acc. plur. n. g. articuli ejusd.

Ἀάατος, ος, ὁ ἡ ὄν, (pen. comm.) valde noxius, *Hom. Od.* 22. 91. (ubi ἀ ὑπερστερητικὸν. *Eustath.* sc.) Ab α pr. & ἄατος, *innoxius*. (2.) innoxius. Ab α pr. & ἄτη (vel ἀάτη) *noxa*. (vid. Thes. Gr. P.)

Ἀαχὴς, έος, ὁ ἡ ὺ, *Hom. Od.* 11, 574. fractu difficilis, robustus, non fractus, firmus. Ex α priv. & ἀΓη, *frango*. (ib. de quant.)

Ἀαδὲ, (pro ἄδε, *Scribeu.*) 3. sing. a. 2. ind. act. verbi

Ἀηδέω, ἀάδεῖν, non placere, ingratum esse. (Ab α pr. & ἀδεῖν, *placere*. *Steph.*) Exp. etiam (2) molestare, contristare, vel contristari, &c, injuria affici. (3) inopia laborare; cibo abstinere, *Hes. Suid.* Ex α int. & ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀηδὲς, ex α priv. & ἡδὺς, *jucundus*. (f. Ab ἄαδα, *Laconice* pro ἥδεια. *Steph.*)

Ἀ Α Ϝ Ω, f. ἄσω, calidum halitum efflo, exhalo. (ἀαζω lædo f. violo. *Dawes.*)

Ἀάφη, 3. sing. a. 1. ind. pass. *Poet.* pro ἄφθη, ab ἅπτω, *de ipso*.

Ἀβλαβὴς, ὲς, ὁ ἡ ὲς, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. & ἀβλαβὴς, *intactus*.

Ἀ Α' Μ Ι Ν Σ, ῆνος, ἡ, instrumentum quoddam auceptatorium, venabulum.

Ἄαπτος, ἐος, ὁ ἡ ὸν, qui parisci nequit. Ex α priv. & (απω poet. pro) ἅπτω, *perficio*.

Ἀάρμαι, lædo. *Hom. Il.* 9, 116. hunc ἄατται.

Ἀαπτὴς, ὸς, ὁ ἡ ὸν, non tangendus, intactus. Gl. V. *Hom. Il.* 1, 567. (2) inaccessus; Ex α pr. & ἁπτομαι, *tango*. 3. illæsus, lædi nescius. Ex α int.—vel (4) qui valdè potest lædere. Ex α pr. & ἰαπτω, *noceo*.

Ἀαρὼν, ὁ, Aaron. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *M manus.*

Ἄασα, *lasi*, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἔβλαψα.

Ἀασάμην, a 1. ind. med. *per Dialys.* pro ἠσάμην, ab ἄω.

Ἀάσατο, f. ἀάσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α pleon. & ἀάτη, (*al.* ἀασ.) *noceo*.

Ἀασμὸς, ὸ, hal. is calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *hal.*

Ἀάσθαι, *offensus sum*, a. 1. ind. pass. ab ἄω.

Ἄᾶσι, 3. pl. præs. ind. act. v. ἄημι.

Ἀάφατος, ος, ὁ ἡ ὸν, qui retineri nequit; (2) nemini cedens, *Hom. Il.* 5, 892. (3) intolerandus; (4) insuperabilis. Ex α pleon. & ἄφατος. idem.

Ἄαπται, 3. sing. præs. in pass. ἄαμαι.

Ἀατὴς, ὸς, ὁ ἡ ὸν, innoxius. Ab α pr. (2) valdè noxius. Ab α int. & ἄτη, *noxa*. (3) intactabilis ab α pr. & ἅπτω, *tangere*.

Ἀάτω, f. ἀάσω, noceo, lædo. Ex α pl. & ἄτω.

Ἀάτραδὲν, pecuditio, vastatio. Nom. Hab. indecl.

Ἀβαζὴς, ὲς, ὁ ἡ ὲς, mutus. (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. & βαζω, *loquor*.

Ἀβάζω, f. σω. præclare agere.

Ἀβαθὴς, ἐος, ὁ ἡ ὺ, profunditate carens. Ex α priv. & βάθος, *profunditas*.

Ἄβαι, nom. plur. *Dor.* pro ἄβαι, ab ἄβη.

Ἄβαιων, parvum, exiguum. Ex α pl. & βαίον.

Ἀβαὲς, *abaum*, acc. sing. ab ἀβαὴς, *abaus*.

Ἀβακὶον, f. ἡσω, fileo, sc. ob ignorantiam; (2) ignoro, nesc'o. Ex α priv. & βάζω.

Ἀβακὴς, *Adv.* placide, quiete. ab ἀβακὴς.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ ἡ ὼν, mutus; (2) fatuus. Ab ἀβακὶω.

Ἀβακὴς, ἐος, ὁ ἡ ὺ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. & βάζω.

Ἀβάκησαν, a. 1. ind. act. v. ἀβακέω.

Ἀβακίζω, f. ἰσω, tacco; (2) quietus fum. Ab ἀβακὴς.

Ἄβακιον, ε, τὸ, abacus, tabula, cui vasa quælibet imponuntur; (2) mensa, f. tabula calculatoria; (3) tabula mathematica, in qua lineæ & figuræ describi solent; (4) vas, in quo feruntur opsonia. Dim. ab ἄβαξ.

Ἀβακίσκος, ε, ὁ, tessellula pavimenti. Ab eodem.

Ἀβακχολύτος, ε, ὁ ἡ ὸν, alienus a Baccho, i. e. tristis; Bacchi nominis expers, aut malè bacchans. (vino carens. vid. Thes. Gr. P.) Ab α priv. & βακχεύω, *bacchor*.

Ἀ Β Α' Α Ε, *Adv.* (antep. prod.) utinam; *Hes.* (2) heu, phy! Ep.

Ἄ Β Α Ξ, ακος, ὁ, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ describi solent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, f. mensa, cui vasa imponuntur. Gl. V. Abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ ἡ ὺ, id. quod ἄβακὶς. *Suidas.*

Ἀβάπιστον, ε, τὸ, terebella, vel instrumentum medicorum. Ex α pr. & βαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, ε, ὁ ἡ ὸν, immergibilis, qui mergi non potest; vel non mergitur. (2) non baptizatus. Ex iisd.

Ἀβαπτὸς, ὴ, ὸν, intinctus; (2) cujus acies durata non est. Ex α pr. & βάπτω, *tingo*.

Ἄ Β Α Ρ, ος, τὸ, pluvialis genus.

Ἀβαρὲς, ἐος, ὁ ἡ ὺ, non onerosus. *Hes.* non molestus. Ex α priv. & βάρος, *onus*.

Ἀβαρὶς, ὶος, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. & βαρὶς, *navis*, adeoque propriè, cui non est navis.

Ἄβας, *fabis*, gen. sing. *Dor.* pro ἄβης, ab ἄβη.

Ἀβάσανος, *præclare exactè*, a. 1. infin. act. verbi ἀβασάνιζω, *præclare exco*.

Ἀβασάνιστος, ε, ὁ ἡ ὸν, inexploratus; non examinatus, non investigatus, non tortus, qui non punitur. *Hes.* (2) expers doloris, qui multis doloribus cruciatur. Ex α priv. & βασανίζω, *explico, torqueo*.

Ἀβασανίστως, *adv.* temere, re non examinata.

Ἀβασίλευτος, ε, ὁ ἡ ὸν, rege carens, regi non subditus. Ex α pr. & βασιλεύω.

Ἀβάσκαντος, ε ὁ ἡ ὸν, invidia vacuus, non invidendus: (2) non mendax, verax. Ex α priv. & βασκαίνω.

Ἀβασκάντου, ε, τὸ, fascini amuletum. Ex iisd.

Ἀβάσκαντος, ε, ὁ ἡ ὸν, invidia carens, ab invidia tutus. Gl. V. infascinabilis. Ex iisd.

Ἀβασκήτως, *Adv.* citra invidiam. Gl. V. sine fascino, infascinate, præfiscine.

Ἀβάσκητος. idem.

Ἀβαστακτος, η, ον, ὁ, ἡ, q. d. importabilis, portatu impossibilis. Ex ο priv. & βαστάζω, *porto*.

ΑΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, adytum. Ab ἄβατος.

Ἄβατος, ος, ον, ὁ, ἡ, invius, accessu vel aditu difficilis; (2) sacer, non adeundus; (3) desertus, desolatus. (4.) παρθένος ἄβατος; sic & ἵππος ἄβατος, ic. quæ non contenduntur. *Lucian.* Ex α pr. & βαίνω. Hinc

Ἀβατόω, ῶ, f. ώσω, deterrum reddo.

Ἄβαφος, ος, ον, ὁ, ἡ, non tinctus. Ex α pr. & βάπτω, *tingo*.

ΑΒΒΑ, pater. Nomen Syr. indecl.

Ἄβεκλε, a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἀπέβαλε, vel etiam ἀπέβαλε, ab ἀποβάλλω, vel ἀναβάλλω.

Ἀβδέλυκτος, ος, ον, ὁ, ἡ, non exsecrabilis.

Ἀβέβαιος, ος, ον, ὁ, ἡ, inconstans, qui facile mutatur, instabilis, infirmus.

Ἀβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas, Gl. V. instabilitas. Ab ἀβέβαιος.

Ἀβεβαίως, *Adv.* inconstanter.

Ἄβεβηλος, ος, ον, ὁ, ἡ, non profanus, sacer, sanctus, quem non fas est adire.

Ἄβελ, Abel. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *Vanitas.*

Ἀβελτερία, ας, ἡ, stultitia, amentia, insipientia, vesania. Vel Ἀβελτηρία, vecordia. Gl. V. ruditas. Ab ἀβέλτερος.

Ἀβελτεροκάκκυξ, υγος, ὁ, ἡ, stultus; (2) vanus. Ex ἀβέλτερος, & κάκκυξ, *cuculus*.

Ἀβέλτερος, ος, ον, ὁ, ἡ, stultus, insipiens, vecors, melius non cognoscens. Gl. V. stolidus.

Ἀβέρβηλος, ος, ὁ, ἡ, incompositus, vel idem quod Ἀβέβηλος. Hes. Suid.

Ἀβιά, Abia. Nomen viri Hebr. indec. *Pater meus est Dominus.*

Ἀβιαθάρ, Abiathar. Nomen viri Hebr. ind. *Pater excellens.*

Ἀβίαστος, ος, ον, ὁ, ἡ, non coactus, sine violentia. Hinc τὸ ἀβίαστον, ου, libertas. Ex α priv. & βιάζω, *cogo*.

Ἀβιάστως, *Adv.* sine violentia, libere, non coacte. Ab ἀβίαστος.

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, Abilene. Nomen regionis in Asia.

Ἄβιος, ος, ὁ, ἡ, qui non supportit victus, *Hom. Il.* 13, 6. Ex α pr. & βίος, i. e. βίοτος, *victus*. (2) dives. Ex α int. (3) longævus, Ex α int. & βίος, *vita*. (4) inermis. Ex α pr. & βία, *arcus*. (5) valdè robustus. Ex α int. & βία, *vis*. (6) non violentus, non injurius. Ex α priv.

Ἀβιούδ, Abiud. Nomen viri Hebr. indec. *Pater decoris* seu *Deus pater*.

Ἄβιοτος, ος, ὁ, ἡ, non vitalis, sine vita; (2) malus, injucundus, molestus. ἀβίοτου & ἀβίοτων, *pl.* vita non vitalis, i. e. miseria.

Ἀβίωτος, *Adv.* cum tædio vitæ. Ab ἄβιος.

Ἀβλαβεία, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ab ἄβλαβής.

Ἀβλαβῶς, & Ἀβλαβέως, *Adv.* innoxie, *pass.* citra noxam, illæsè. Ab

Ἀβλαβής, έος, ὁ, ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæsus. Ex α pr. & βλάπτω.

Ἀβλαπτής, ος, ὁ, ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex ibid.

Ἀβλαφία, ας, f. ήσω, male germino, non fœcundo. Ex α priv. & βλαστία, seu βλάστημι.

Ἀβλαφής, έος, ὁ, ἡ, male germinans, infecundus. Ex ibid.

Ἄβλαξ, ος, ὁ, ἡ, idem ex ibi.

Ἄβλημος, ον, ὁ, ἡ, animam carens, imbellis, iners. Ex α pr. & βλῆμων, a βέλημα. *Euripid.* (vid. Thes. Gr. P.) Hinc

Ἀβλημόσυνος, *Adv.* imbecilliter, ignave, *al.* negligenter. Ex α pr. & μέλει, *cura est*, pro ἀμελῶς.

Ἄβλητος, ος, ον, ὁ, ἡ, delectus, vilis, ind. proinde qui videatur. Ex α pr. & βλητός, *vulnus*.

Ἀβλωστάνω, f. ήσω, non video, conniveo, excæco; (2) pecco. Ex ibid. Hinc

Ἀβλωστήμα, ματος, τὸ, peccatum, erratum.

Ἀβλωψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconsiderantia. Ex α pr. & βλέπω.

Ἄβλητος, ος, ον, ὁ, ἡ, nondum jactus, *Hom. Il.* 4. 117. (male jactus, E. M.) Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβλητος, ος, ον, ὁ, ἡ, nondum missus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæsus, *Hom. Il.* 4, 540. Ex ibid.

Ἀβληχρός, ός, όν, ὁ, ἡ, al. ἀβλήχρος, ρά, ρόν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α pr. vel pleon. & βληχρος, *debilis*.

Ἄβλιμαστος, ος, ὁ, ἡ, (ἄβλισμος vulgo) intactus. Ab α pr. & βλισμάζω, *tango*.

Ἄβλοσε, *parisilia*, 2. sing. præs. imper. act. *contracte* pro ἀβλόσε, a verbo ἀβλόω.

Ἀβοητί, *Adv.* sine clamore, sine pugna. Ab α pr. & βοή.

Ἀβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. & βοηθία, *auxilior*.

Ἀβοήθητος, ος, ον, ὁ, ἡ, auxilio destitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex ibid.

Ἀβόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβόλησα, a verbo ἀβολέω, *accuro*.

Ἄβολος, ος, ον, ὁ, ἡ, qui nondum amisit dentes ætatis indices. Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβοτος, ος, ὁ, ἡ, pascuis carens, non pastus. Ex α priv. & βόσκω, *pasco*.

Ἀβουλήτος, ος, ὁ, ἡ, injucundus, (vid. Thes. Gr. P.) fastidiosus, repudiandus, *Eur.* Ex α pr. & βουλόω, *demulceo*.

Ἀβουλεί, *Adv.* inconsulte, temere. Ex α priv. & βουλή, *consilium*.

Ἀβουλεύτως, *Adv.* inconsulto, sine deliberatione. Ex α priv. & βουλεύω, *consulto*.

Ἀβουλέω, f. ήσω, nolo; (2) non consulto. Ex α priv. & βουλή, *consilium*.

Ἄβουλος, ος, ον, ὁ, ἡ, nolens, invitus; (2) inconsultus. Ex α pr. & βούλομαι, vel βουλή.

Ἀβουλοσία, ας, ἡ, nolentia. Ex α pr. & βούλομαι. Potius ex ἀβουλία. Et hinc

Ἀβούλητος, ος, ὁ, ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accidit.

Ἀβουλήτως, *Adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito.

Ἀβουλία, ας, ἡ, consilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, stultitia; (4) consilii pravitas. Ex α priv. & βουλή.

Ἄβουλος, ος, ον, ὁ, ἡ, consilii expers; (2) stultus, Gl. V. incogitans, inconsultus. id. quod δύσβουλος. *Soph.*—vel κακόβουλος. *Thucyd.*

Ἀβουλότατα, *Adv.* Inconsultissime, inconsideratissime. *Herodot.*

Ἀβούλως, *Adv.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione Ab ἄβουλος.

Ἀβοῦτεω, g. f. *Ion.* pro ἀβοήτου, ab

Ἄβοτης, ου, ὁ, bobus carens. Ex α & βοῦς, *bos. al.* egenus. Ex α pr. & βοτον, *pecus*. E. M.

ΑΒΡΑ, vel ἄβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, pedissequa.

Ἄβραάμ, Abraham. Nomen viri Hebr. indec. *Pater excelsus* vel *Pater multitudinis*.

Ἀβράκησαν, *Innuerant*, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβρόχησαν, ab ἀβροχέω.

Ἄβρεχε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔβρεχε, ab ἀβρόχω, *jono*.

Ἄβρεκτος, ος, ον, ὁ, ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α pr. & βρέχω.

Ἁβρὲ ζῶμαι, delicato cultu utor, delicate me curo. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int & βρίζω.

Ἄβροβος, έος, ὁ, ἡ, sine pondere, levis. Ex α int. & βάθος, *pondus*.

Ἀβρόζω, a. 1. ind. act. v. ἀβρίζω.

Ἄβρομος, ος, ὁ, ἡ, insomnis, vigil; (2) furdaster, ex parte tantum audiens. Ab ἀβρίζω.

Ἀβροδίαιτος, ος, ὁ, molli victu utens. Ex ἁβρός, & βαίνω.

Ἀβροδίκτης, ου, ὁ, ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus, ἀβροδίκταν Ἀφίκεσθαι γίνεται, *Dionys.* 668.

Ἀβροζώνης, ου, ὁ, ἡ, molles gerens cingulum.

Ἀβρόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, cirrum mollem & delicatum ayens. Ex ἁβρός & θρὶξ.

Ἀβροκίνητος, ος, ὁ, ἡ, molliter & delicate vivens. Gl. V. ἁβρόβιοτος, delicatum.

Ἀβροκόλπων, ωνος, ὁ, ἡ, delicato vestitus, Ex ἁβρός & κόλπος, *vestis*.

Ἀβρόκαρπος, ος, ὁ, ἡ, molles & delicatos fructus ferens. Ex ἁβρός, & καρπός.

Ἀβροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma sum; (3) deliciosus sum. Ex κόμη.

Ἀβροκόμης, *Dor.* ἀβροκόμας, ου, ὁ, qui molli & delicata coma est. Ex ibid.

Ἀβρόκομος, ος, ὁ, ἡ, idem & ex ibid. Suic.

Ἀβρομίζω, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, ος, ὁ, ἡ, abstinens a vino, abstemius.

Ἀβρόμος, ος, ὁ, ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus, *Hom. Il.* 13, 41. Ex α int. & βρόμος, *strepitus*.

Ἀβρόπλως, ος, ὁ, ἡ, molli & subtili stamine contextus. Ex ἁβρός, & πλωὸς, *tela*.

Ἀβρόπλυτος, ος, ὁ, ἡ, molli & opulento ornatu condecoratus.

Ἁβρός, ὰ, όν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) festivus; (4) gravitatem præ se ferens.

Ἀβροσαγὴς, ής, ὁ, ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς, & σάζω, *fluo*.

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus; (2) splendor, nitor. Ab ἁβρός.

Ἀβροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro, *Hom. Il.* 10, 56. Ab ἀβρότη, *nox*.

Ἀβροτέω, noctu occurro, (2) pecco. Ab eod.

ΑΒΡΟΤΗ, ης, ἡ, nox, aliquando cum nomine νὺξ, *Hom. Il.* 14, 78.) Quasi ex α priv. & βροτὸς, *homo*, quia noctu homines latent & nox illis qs. caret.

Ἀβροτήμων, ων, ὁ, peccator. Ab ἁβροτία.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἀβροτιμᾶν, ῶντος, ὁ, delicatus, pretiosus. Ex ἁβρὸς & τιμὴ, *decus, pretium*.

Ἀβροτινῶν, ῶνος, ὁ, confectus ex abrotono.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, ut ἀβροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis. *Angl.* Southernwood.

Ἄβροτος, ος, ὁ, ἡ, immortalis, incorruptus, divinus. *Hom.*—arens mortalibus, *Æsch.*—Sensu non prædito, *Suid.*—inhumanus. *Hes.*

Ἀβροχαίτας, ου, ὁ, *Dor.* ἀβροχαίτας, qui tenera & molli coma est. Ex ἁβρὸς, & χαίτη.

Ἀβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluviæ defectus. Ab

Ἄβροχος, ος, ὁ, ἡ, immadidus, non madefactus. Ex α priv. & βρέχω, *madefacio*.

Ἀβροχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, molli tunica indutus.

Ἀβρόχως, *Adv.* sine pluvia.

ΑΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ας, τὸ, mora. (f. ab ῥέω, *fluo*. *Steph.*)

Ἀβρυνάω, ἀβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρὸς

Ἄβυμος, ος, ὁ, ἡ, sine fœtore, sine fœtore, sine fuligine. Ex α pr. & βρύω, *fœtor*.

Ἀβρῶς, *Adv.* molliter, delicate. Ab eod.

Ἄβρωτος, ος, ὁ, ἡ, idem quod.

Ἄβρωτος, ος, ὁ, ἡ, non voratus, non exesus; (2) cibum non sentiens; (3) cui ineptus. Gl. V. ἄβρατον, inotum, inesum. Ex α priv. & βράσκω, *voro, edo*.

ΑΒΥΡΒΗΑΟΣ, ος, ὁ, ἡ, multus, magnus, satietatem adferens; (2) impudens, invisus, Hes. Suid.

Ἄβυθος, ος, ὁ, ἡ, idem quod

Ἄβυσσος, *Adj.* fundo carens; ut passim usurpatur. Sed & substantivè

Ἄβυσσος, ου, ἡ, abyssus, infinitæ profunditatis voragó; (2) gehenna, infernus; (3) affluentia rerum. Ex α pr. & βυσσὸς, *Ion.* pro βυθὸς.

Ἀγάαθ, præs. inf. med. *Poet.* pro ἄγασθαι ab ἄγαμαι.

Ἄγαβος, ου, ὁ, Agabus. Nomen viri.

Ἀγάγαε, *qui duxit*, a. 2. part. act. *Ion.* pro ἀγαγών, & hoc *Att.* pro ἄγων, ab ἄγω.

Ἀγαγεῖν, *duxisse*, a. 2. inf. act. *Dor.* pro ἀγαγεῖν, & hoc *Att.* pro ἄγειν.

Ἀγάγετε, 2 pl. a. 2. imper. act. *Att.* pro ἀγάγετε.

Ἀγάγοι, 3. sing. a. 2. opt. act. *Att.* pro ἄγοι.

Ἀγαγῶ, *ducam*, f. 2. ind. act. *Att.* pro ἀξω.

'Αγάζηλος, ε, ὁ ἡ ἡ, invidus. (2) qui valde æmulatur. *Steph.* Ex ἄγαν, & ζῆλος.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio; (2) veneror; (3) indignor, succenseo, *Hom. Il.* 14, 111. (4) invideo. Ἀγάζομαί σε τὸ φρόνημα, ὁτὲ τὸ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀριστῆς, ἀγαθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

'Αγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθὸς, & ἀρχὴ, *principium.*

'Αγαθεαρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν, & θεαρέω, *contemplor.*

'Αγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus prosequor. Ab ἀγαθὸς, *bonus.*

'Αγαθικὸς, ἡ, ὸν, probus; (2) recte & cum virtute factus. Ab cod.

'ΑΓΑΘΙΓΣ, ιδος, ἡ, glomus.

'Αγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. (Et Αγαθοδότις, ἡ. Fem. *Steph.*)

'Αγαθοεργέω, benefacio, bene ago. Ex ἔργον.

'Αγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex infd.

'Αγαθοθέλεια, ας, ἡ, bonorum electio sive voluntas, adfectus eligendi bona. Ex θέλω.

'Αγαθοποιῶ, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) prosum.

'Αγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab

'Αγαθοποιὸς, ὸς, ὁ ἡ ὸ, bonum, vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ποιέω.

'Αγαθοπρεπὴς, ἐος, ὁ ἡ ὲς, bonos decens; (2) benignus. Ex ἀγαθὸς, & πρέπω.

'Αγαθοπρεπῶς, ut bonum decet; (2) benigne.

'ΑΓΑΘΟΣ, ὴ, ὸν, bonus, probus; (2) fortis, strenuus; (3) prudens; (4) præstans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) faustus, secundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) pius; (12) dives; (13) servit & ironiæ in allocutionibus. Ἀγαθὸν τὸ, bonum; (2) commodum, emolumentum; (3) hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ, auspicato, item bono consilio; (4) ap. Scriptores Eccl. S. Cœna. Ἀγαθὰ τὰ, Divitiæ, opes; (2) res secundæ; (3) virtutes. Hinc

'Αγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas. Gl. V.

'Αγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab

'Αγαθοτέλὴς, ἐος, ὁ ἡ ὲς, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθὸς, & τέλος.

'Αγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθὸς.

'Αγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio. Ab ἀγαθουργὸς

'Αγαθουργὸς, benefícus. Ex ἀγαθὸς, & ἔργον.

'Αγαθουργία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγαθουργίη, beneficentia; (2) bonum opus.

'Αγαθουργικὸς, ἡ, ὸν, beneficus, benignus.

'Αγαθουργὸς, ὸς, ὁ ἡ ὸ, beneficus, benignus.

'Αγαθοφυὴς, ἐος, ὁ ἡ ὲς, natura, seu indole bonus. Ex ἀγαθὸς, & φυή. Hinc

'Αγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens.

'Αγαθωθεὶς, *genitus*, a. 1. part. pass. verbi

'Αγαθωσω, f. ωσῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; & ἀγαθωθήσομαι, bene adfectus ium.

'Αγαθῶς, *Adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide.

'Αγαθώτης, ητος, ἡ, bonitas; (2) adfectus ad beneficiendum proximè. Ab eod.

'Αγαθωτάτη, *optime*, dat. sing. ab ἀγαθώτατος, quod est superlat. ab ἀγαθὸς, *bonus.*

'Αγαιτεω, 3 f. præs. med. v. ἀγαίομαι.

'Αγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidiosus. Gl. V. invidus; (3) elegans. Ab ἀγάω, *admiror*, (potius ab ἄγη. *Hes.* E. M.)

'Αγαιὸς, & quod usitatius, ἀγάομαι, admiror; (2) obstupefacio, perterrefacio; (3) succenseo, indignor; (4) invideo. Ab ἀγάω.

'ΑΓΑΛΩΝ, ωνος, ὁ, Sol.

'Αγακλὴς, ἐος, ὁ ἡ ὲς, valde gloriosus, percelebris. Ex ἄγαν, & κλέος, *gloria.* Hinc

'Αγακλέως, studio gloriæ. *Eun.* celebertime, valde gloriosè, *Hipp.*

'Αγακλειτὸς, ὴ, ὸν, valde celebris, præclarus, inclytus, *Il. m. Il.* 2, 564.

'Αγακλυτὸς, ὴ, ὸν, percelebris, inclytus. Ex ἄγαν, & κλυτὸς, *celebris.*

'Αγαλίζω, bene condo, perf. p. ἀγαλίσμένη, vel ἀγαλίσμενον πόλιν, pulchra Urbs, ap. *Pind.* ex ἄγαν & ἁλίζω.

'Αγάλακτος, ων, οἱ, collactanei, s. qui idem lac suxerunt; (2) consanguinei; (3) æquales, ætate pares; (4) simul educati; (5) fratres; (6) sacrorum gentilitiorum participes. Ex α notante ἰμῦ, & γάλα, *lac.*

'Αγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α priv. vel int. & γάλα.

'Αγάλακτος, ος, ὁ ἡ ὸ, lacte carens. Ex iisd.

'Αγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qs. collactatio.

'Αγαλλητὸν, οῦ, τὸ, delectabile; (2) admirabile. Hes. ab ἀγάλλω.

'Αγαλλίαμα, γαλλιάματος, τὸ, exsultatio præ gaudio magno, Ph. exultatio. al. Gl. V. jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

'Αγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, lætitia. Gl. V.

'Αγαλλιᾶθε, *exsultate*, 2. pl. præs. imperat. med. *contr.* pro ἀγαλλιάεσθε, ab

'Αγαλλιάω, ῶ, & frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsulto, gestio, tripudio. Gl. V. ἀγαλλίαμα, jubilo. Ab ἀγάλλω.

'ΑΓΑΛΑΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum & gustu austeriori.

'ΑΓΑΛΛΩ, f. αλῶ, orno, insignio; facio delectabile; & ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, gestio, exsulto, a. 1. ἠγλαϊ, decorare.

'Αγαλμα, ματος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) simulacrum, statua, imago, *Hom. Il.* 4, 144. (3) res ornatu, ut victima festis, auro ornata. Ab ἀγάλλω.

'Αγαλμάτιον, ου, τὸ, simulacrum parvum, imaginuncula, statua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

'Αγαλματουργὸς, ὸς, ὁ, marmorarius, Ph. sculptor. Ab ἄγαλμα, & γλύπτω, *sculpo.*

'Αγαλματοποιέω, ῶ, statuas conficio. Hinc

'Αγαλματοποιητικὸς, ὴ, ὸν, conficiens statuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars statuaria, s. conficiendi statuas.

'Αγαλματοποιΐα, ἡ, ars conficiendi statuas. Ab

'Αγαλματοποιὸς, ὸς, ὁ ἡ ὸ, statuarum & simulacrorum fabricator, statuarius. Gl. V. fictor simulacri, sigillarius.

'Αγαλματουργία, ας, ἡ, ars statuaria, s. conficiendi statuas & simulacra. Hinc

'Αγαλματουργικὸς, ἡ, ὸν, conficiens statuas, vel pertinens ad confectionem statuarum. Ab

'Αγαλματουργὸς, ὸς, ὁ ἡ ὸ, statuarius. Tx ἔργον.

'Αγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quasi simulacrum gester, in animo circumfero. Exp. etiam decorari, insigniri. *Hes.*

'Αγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in statuam verto; (2) simulacrum, statuam facio. Ab ἄγαλμα.

'Αγαμαι, admiror, *Hom. Il.* 3, 180. (2) probo, laudo, a. 1. ἠγάσθην. part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ἄγαμαί σε τάτα, σὲ τάτα, τ' ἄρτῃς. Ab ἀγάω.

'Αγαμέως, *Adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι, part. ἀγάμενος.

'Αγάμητος, ε, ὁ ἡ ὸ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α pr. & γαμέω, *nubo.*

'Αγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

'Αγάμιον, ου, τὸ, id. & ab eod.

'Αγαμος, ε, ὁ ἡ ὸ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupsit, Ph. cælebs, *Hom. Il.* 3, 40. (2) viduus, qui uxore mortua factus est cælebs.

'ΑΓΑΝ, *olim.* nimis, immodice, nimium, valde vehementer, (aliquando nominis adjecti formam induit cum articulo, ut τὸν ἀγὰν φόβον) *Plut.*

'ΑΓΑΝΑΚΤΕΩ, ῶ, f. ήσω, indignor, stomachor, ægre fero, conqueror, succenseo, excandesco, impor. Ἀγανακτεῖν τινί, περὶ τινα, κατά τινος. Hinc

'Αγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, stomachatio.

'Αγανακτητὸς, ὴ, ὸν, indigne ferendus, querendus. Ab eod.

'Αγανακτικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facile queritur & ægre fert casus incommodos. Ab eod.

'Αγανακτικῶς, irate, ægre.

'Αγανὸς, ἡ, ὸν, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α int. & γάνος, *lætitia.*

'Αγανῶσι, *Ion.* pro ἀγαναῖς, ab ἀγανὸς.

'Αγάννιφος, ου, ὁ ἡ ὸ, valde nivosus, nivalis, *Hom. Il.* 1, 419. Ex ἄγαν, & νίφομαι.

'Αγανοβλέφαρος, ου, ὁ ἡ ὸ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς, & βλέφαρα, *palpebræ.*

'Αγάνορας, acc. pl. *Dor.* pro ἀγλαώρας, ab ἀγλαώρ.

'Αγανὸς, fractus, vel qui facile frangitur. *Suid.* Ab ἄγω frango.

'Αγανος, ὴ, ὸν, mitis, placidus, blandus, *Hom. Il.* 2, 164. (2) desiderabilis. Ex α int. & γάνος.

'Αγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo, lenitas, jucunditas, *Hom. Il.* 24, 471. Ab

'Αγανόφρων, ονος, ὁ ἡ ὸ, mitis, blandus, mansuetus, placidus, *Il.* 20, 467. Ex φρήν.

'Αγανώπης, ου, ὁ, qui blandis est oculis. Ex ἀγανὸς, & ὤψ. Hinc

'Αγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adspectum habens, blando adspectu intuens.

